



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1675**

Cap. III. De Paleis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10224**

& ante Durandum notavit Azo *ad tit. C. Ne fidejuss. dot. dent.* Eadem habet & Panormitan. *in proœmio Decretalium.* Ergo quoties de horum canonum vi & potestate agitur, recurrendum ad originem & fontes, unde maharunt. Alio enim jure cenferi ea, quæ *Recurrendum ad* ex conciliis, alio, quæ ex constitutionibus Pontificum, alio, quæ *fontes.* ex dictis Patrum. Denique multa ex incertis & supposititiis scriptis inseruisse Gratianum, quæ occasionem dederint ejus emendandi. Francisc. Flor. *præf. p. 7.* Et quidem ante Ant. Augustinum & Romanos censores id Antonius vidit Demochares. *Demochares.* Prolixius autem Ant. Contius in suâ præfatione demonstravit, *res & Con-* quam ideo castravit Antverpiensis censor. Quo de Contius *tius emen-* conqueritur *lib. 1. subf. lect. c. 10.* supersunt tamen vestigia hujus *darunt de-* mutilationis in fine præfationis secundæ Contii, in quâ profite- *cretum.* tur, commentitia plurima & apocrypha Gratianum admiscuisse. *Antverpi-* Quod & repetit in notis *ad can. Septuaginta. dist. 13.* & ad inscri- *ensis editio* ptionem *can. 2. dist. 21.* Ibi: *Idem Anacletus,* ubi allegatur *castravit* Contius, majorem probationem requirens: Quam verò præsti- *Contium.* terat in suâ præfatione, sicut ostendunt notata ab eo *ad can. judi-* cantem. *11. c. 30. q. 5.* Fr. Florens, *Antecessor Aurelianensis d. loc.*

## CAP. III.

## De Paleis.

## S U M M A R I A.

1. *Palea, unde dicta.*2. *Non esse leviculas nulliusve pretii.*

**P**orro in hoc Decreto reperiuntur quædam capita, quæ *Palea, unde* *leæ* inscribuntur, quo de nomine opiniones variæ: Aliis *dicta.* quasi *τὰ παλαιὰ,* antiqua seu antiquata, *παλαιὰ* nomine celebratur Interpres quidam antiquus Digestorum, Codicis & Institutionum, quem ætate Justiniani vixisse Godofredus censet. *Vide Joseph. Mariam Svarossum in notis. Basil.* Aliis *ἄπὸ τῆς παλιν,* rursus: Alii, quod quemadmodum *Paleæ* ad grana viles sint, sic capita illa omni pondere careant. Et hanc notam ab Eugenio III. Pontifice adscriptam, cui Gratianus compilationem suam obtulit, scribit Gilbertus Regius *concil. lib. 1. c. 24.* Et confirmat

S 2

Andr.

Andr. Alciatus 12. *parerg.* 3. ex more loquendi ejus seculi vulgari, quod quasvis res nullius momenti paleas appellavit. Sunt qui ferant, nomen esse proprium discipuli cujusdam Gratiani, ut Johannes Andreae & Catellianus Cotta, quem Cardinalis Alexandrinus *proæm. decret.* Procopaleam, Jason. *Rubr. Inst. de act. n. 12.* Quotopaleam, Critici Gregoriani *Protopaleam* appellatum volunt. Et his capitibus à plerisque omnis auctoritas abjudicatur. Vide Capoll. *de cognit. lib. jur. Can.* Martam *de Jurisd. p. 12. 30. n. 35.* Curt. Jun. *tract. de feud. p. 1. q. 1. n. 3.* Catell. Cott. *de J. Civ.* Hotom. *bruto fulmine. S. soluta potestas. n. 103.* Hoc certum est tamen, quod hæ Paleæ in vetustissimis Decreti exemplaribus non exstant, quæ cum alii tum Dn. Baluzius viderunt, nec in primâ editione Moguntinâ, & in Johannis Teutonici scholiis rarò ad verba eorum aliquid adscribitur, eas uno eodemque tempore non fuisse adjectas, sed ad primam Gratiani compilationem forte in margine adscriptas, unde pro lubitu librariorum modo in textum receptæ, modo omisæ, & vel cum cæteris capitibus conjunctæ, vel seorsum positæ. Sed perperam credi eas esse leves, & exigui momenti vel inde constat, quod non paucae earum à vetustioribus Gratiani compilatoribus agnoscantur.

*Non esse  
leviculas  
nulliusve  
pretii.*

## CAP. IV.

## Emendatur Gratianus plusculis locis.

## S U M M A R I A.

- |   |                                    |
|---|------------------------------------|
| 1. Anton. Augustini emendationes.       | 5. Emendatur can. ult. dist. 7.    |
| 2. Emendationes Gregorianorum.          | 6. Emendatur can. 6. dist. ult.    |
| 3. Post has supersunt adhuc menda.      | 7. Can. 3. dist. 15.               |
| 4. Exemplis ostenditur can. 7. dist. 1. | 8. Poetas odit Hadrianus Pontifex. |
|   | 9. Can. 3. dist. 15.               |
|   | 10. Can. 15. dist. 18.             |

*Ans. Augu-  
stini emen-  
dationes.  
Emendatio-  
nes Grego-  
rianorum.*

**A**Ntonius Augustinus scripsit emendationes Gratiani, à quibus Critici Gregoriani forsitan etiam profecerunt. Sunt ista Gregorianorum in manibus studiosorum hominum, qui editione

Ro-